



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 48. Nova Protestantium molimina pro extorquenda Sectæ suæ libertate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. „in Bohemiæ Regno nunquam tolerati  
A. C. 1609. „fuit, ab occultis suis conventiculis ab-  
 „stineant, & se vel Catholicis vel Pro-  
 „testantibus conjungant.,, Accepto ho-  
 responso Ordines libellum supplicem  
 Cæsari offerunt, quo confessionem suam  
 in Verbo Dei, ut ajebant, fundatim  
 pro hæretica aut nova minime haben-  
 dam esse asserebant, simul addentes  
 quod vetera pacta partim abolita sim,  
 partim Ordines non ita obstringere va-  
 leant, ut fidem suam ad alterius mi-  
 tum componant, cum autem priori an-  
 no Ordinibus fuerit responsum, de aliis  
 capitibus non esse agendum; nisi com-  
 posito prius Religionis negotio, hinc al-  
 bant Cæsarem nec juramentum a se pre-  
 stitum, nec conscientiam suam læsum  
 si Religionis libertatem eis permetteret,  
 & Consistorium atque Academiam re-  
 stitueret. His futuræ violentiæ minus  
 haud obscure addentes declarabant, si  
 repulsæ culpam non quidem Cæsari,  
 quem fraudulenter *optimum* appellab-  
 ant, sed illis, qui fallaciis ac machi-  
 nationibus honestæ hujus petitionis con-  
 fessionem impedirent, imputatueros.

### §. XLVIII.

*Nova Protestantium molima pro-  
 torquenda sectæ suæ libertate.*

Polf.

Posthæc Protestantes solutis prima Sæc. XVII.

Aprilis die comitiis ad diem quar- A. C. 1609.

tam Maij conventum in curia nova Pra-

gensi indicunt, de rebus suis delibera-

*Calmet hist.*

*Univers.*

turi: Verba tum faciebat Wenceslaus

*lib. 150.*

Bodovitsius, qui nuperam declaratio-

*Khevenhill.*

nem Cæsari factam publicæ tranquilli-

*t. 7. p. 184.*

tatis obtentu honestare nitebatur: ex

eodem quoque conventu quosdam omni

qua poterant, celeritate ad Matthiam

Hungariæ Regem, & S. R. Imperii Ele-

ctores ac Principes factæ suæ socios ro-

gatum ablegent, ut hi apud Cæsarem

pro impetranda Religionis libertate de-

precarentur, qui tamen eos, ne respon-

so quidem dignati non modo hosce Pro-

testantes Ordines & Status ob suam per-

vicaciam reprehendebant, sed & rebel-

lionis insimulabant: Porro Cæsar pon-

derato Protestantium responso eis signi-

ficari jussit, quod jurata Maximiliani

Patris sui sponsio de utraque specie nul-

latenus Protestantes, sed Catholicos

duntaxat, qui servata Ecclesiæ unione

hac concessione uti petierunt, respice-

ret, dein publico edicto inhibuit, ne

Ordines in nova Curia convenient. Hoc

præcipue mandato recruduit vulnus,

quo se affectos querebantur, nihil ta-

men magis eos affligebat, quam quod

non modo a Confessionis Augustanæ Prin-

cipibus, qui eis nullum dederant re-

spon-

Sæc. XVII. sponsum, tanquam Bohemicæ con-  
A. C. 1609. fessionis addicti excluderentur, sed in-  
super crimine rebellionis, læsæque Ma-  
jestatis notarentur: Eapropter, ut sa-  
tem simulatam Cæsari obedientiam ex-  
hiberent, non quidem in Curia, sed in  
arcis palatio conventus fuos habuerunt,  
ab Imperatore petentes, ut ipsem eis  
locum assignaret, ubi apologiam cor-  
scribere, & sibi de legitima defensione  
propicere valerent: Cæfare autem e-  
jusmodi locum concedere renuente, ipsi  
ex arce velut ex equo Troiano turba-  
tim ad novam Curiam confluxere, præ-  
stito invicem juramento, quod hac in  
caussa vel mortem vel libertatem simul  
oppetere vellent: cum vero occlusas  
invenirent fores, conventum suum ad  
diem nonam Maji differre coacti sunt.

### §. XLIX.

*Bohemicæ Ordinum conventus in noua  
Curia Pragensi celebratus.*

*Merc. tom. 6. p. 379. l. 3.* Præstituta igitur die hora septima ma-  
tutina trecenti & amplius avullo a  
foribus Cæsaris sigillo, referatisque se-  
ris Curiam ingrediuntur, quibus con-  
sidentibus denuo Bodovitsius eorum de-  
clamator orationem habuit, in quo eos  
ad fiduciam in Deum, ardentesque pre-  
ces hortatus, *Hymnum Veni Sancte Spir-  
itus!*